

107. Viderint ergo, quânam conscientia Formule Concordiæ socios gloriari sese ausint ij, qui Christo homini generalem Maiestatem sive Omnipresentiam negantes, Regnum eius solius Ecclesiæ terminis, præter & contra scripturas includere audent.

108. Satius profectò foret, ipsos ut & Sacramentarios, ac reliquos omnes *ἡριστομάχης*, rationis magisterio sub obsequium fidei captivo ducto, dilucidis Scripturarum fundamentis acquiescere: & licet plena Maiestatis Christi hominis notitia in vitæ huius ac iudicij humani angustias minimè cadat, de eiusdem tamen exaltatione sublimia & honesta sapere, memores Ies. 2, 22. illius dicti Prophetici. Quiescite ab homine, cuius Spiritus est in naribus eius: quia EXCELSVS reputatus est ipse. Cui sit gloria, Maiestas & imperium in secula eternitatu universa. AMEN.

De reditu Christi ad iudicium agendum nobis erit articulo XVII. Confessionis nostræ.



DISPV.